



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 123. Ejus exequiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

lem, atque imagines quibusdam Amicis suis tanquam memoriæ suæ pignus reliquit.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1584.

§. CXXIII.

*Ejus exequiæ.*

Porro feria quarta tempore matutino *Giuss. 83*  
 Corpus ejus elatum est funebri *Ciac. l. 6.*  
 pompa ipsius dignitati, ac pietati congrua, funusque comitabantur omnes Ecclesiasticorum Ordines, ac totius Provinciæ Proceres: solemne autem exequiarum Officium celebrabat Nicolaus Sfondratus Cardinalis, Episcopus Cremonensis, & postea sub nomine Gregorii XIV. Pontifex Maximus, assistentibus ei statellorum Alexandriæ Episcopo, Viglebano, & Castriensi Præsulibus unacum omnibus urbis Capitulis, cunctisque Religiosis, piarum Sodalitatum Ordinibus, christianæ doctrinæ Scholis, & Collegiis: adfuere insuper Borromæus, & Altempsius Comites, Gubernator, Senatus, Magistratus, Universitatis Doctores, Urbisque Nobiles, Corpus vero præcipui Cathedralis Ecclesiæ Canonici usque ad templum deferrebant, ubi satellites collocare oportebat, qui populum turmatim confluentem cohiberent. Postea defuncti laudes Franciscus Panigarola Astensis Episcopus ex Ordine Fratrum Minorum



Sæcul. XVI.

A.C. 584

rum oratione funebri deprædicabat; factis autem exequiis illius cadaver per aliquot horas detectum relinquebatur, ut concurrentis populi pietati satisfaceret, demum vero ad sacellum Medicæorum deponeretur, appposito epitaphio, quod supra retulimus: eo quod vero, cum viveret, nunquam suam imaginem depingi pateretur, mox post ejus obitum plures effigies genuinam, veramque ejus speciem exprimentes exacte delineabantur, ac quivis imo ipsi etiam Reges ejusmodi imaginem in suis cubiculis habere certabant. Paulo post remotissimis Regionibus ad ejus tumulum non pauci peregrinatum venerant, ut ejus patrocinio varias a Deo gratias obtinerent, ubi horum concursus tam solidæ pietati innixus videbatur, ut eodem adhuc anno, quo decessit sanctus Carolus, plures probi Viri diem illius festum veluti cujusdam Sancti celebrarent, eumque in suis precibus invocantes ejusdem nomen lytaniis infererent.

§. CXXIV.

*Sancti Cardinalis opera.*

Ciac. p. 899.  
 Possiv. ap-  
 paratu &  
 Bibl.

Ceterum sanctus hic Cardinalis plurimum ingenii, pietatisque suæ monumenta posteris reliquit, ex quibus volumina triginta, & unum de epistolis,